AD TITVM GAIVM, DE VSVFRVCTV, MVNICIPIBVS LEGATO,

DISSERTATIVNCVLA EXTEMPORANEA,

publicè apud Salmanticenſes ex ſuggeſtu habita, auſpicali profeſsionis die.

AVCTORE

D. FRANCISCO RAMOS DEL MANZANO, IVRISCONSVLTO;
Anno Chriſtiano 1623.

PRofiteor, & agnoſco ingenuè in hoc aditu, eſſe anteloquiũ hoc, quod alijs ſolenne, aut iucundum, mihi neceſſarium. Scilicet conciliandi cæteris faciles auditorum animi; mihi difficiles parandi, temeritatis deterſa nota. Prodeo hem, octodecennis cãdidatus in proſcenium, petendæ Primariæ Cathedrę, pręter annarias leges. Video Muſarum ipſam ſedem, doctrinæ officinam, Mineruæ fanum. Adſunt ſupremi ſubſellij Senatores,

Ductores Danaum delecti, prima virorum.

Accedunt competitores veterani, mille omnes coronis, mille donis inſignes. Illuſtrandus per ſexquihoram Pandectarum locus, in quo perpetuæ adhuc tenebræ, & caligo. Et ſanè hæc tot, tãtaq; aliquid me turbant (fateor) non tamen deturbant. Hę noſtræ in Romano iure vigiliæ, hi progreſſus (generosè potiùs dicam, quàm ſuperbè) vt animum aduersùs talia firmẽt, non ſatis firmum. Pręterea decretum iam diu mihi, decurrere profeſsionis hunc curſum; quem quando meliùs ordiar, quàm celebri, & Olympico iſto agone. Optant fidentes, & animoſi Imperatores cum omnibus inimicorum copijs confligere vno Marte: ita ego & in hoc extemporalis lectionis ſtadio ſæpe ſudaturus, in lubrico primum gradum pono. Vos labantem pedem firmate, iacentem attollite, vacillantem ſuſtinete, clariſsimi auditores. Aſylum, perfugiumque mihi in lenitate veſtra, quod niſi panditis, fluctuabor: pandite, quæſo, tranabo per has ſalebras, & æſtuantia vada inconcuſſus, ſi portum hunc reſpicio; clamabo vera, magnaque voce,

---- Medijs tranquillus in vndis.

Titus Gaius in his libris, quibus edictum Vrbicũ ab honorarij iuris authoribus, Prætoribus nimirum, propoſitum diligenter expoſuit, cum caput edicti, de legatis conceptum, interpretaretur, *lib. 3. de legatis*, his verbis vſus eſt, ſi Pandectarum concinnatoribus fidem habemus, qui *lib. 33. Digeſtorum tit. 2. cap. 8.* ex eo fragmentũ collo-

AD CÆSARVM
CONSTITVTIONEM,

IN LEG. 2. COD. DE EXCVSAT. MVNER.

LIB. 10.

DE IMMVNITATE PROTECTORVM, ET PRAEPOSITORVM;

EXTEMPORANEA COMMENTATIO,

ILLVSTRIBVS IN SVPREMA CASTELLÆ CVRIA SENATORIBVS;

EX VETERE VOTORVM FORMVLA,

DICATA, CONSECRATA:

QVIBVS EX SVGGESTV, ET EX TEMPORE DICTA, DIFFVSA VERBIS;

IN SALMANTICENSI ATHENÆO

13. KAL. IVN.

EISDEM INTRA TRIDVVM TYPIS DATA, DICTATA VERBIS;

12. KAL. IVN.

D. FRANCISCVS RAMOS DEL MANZANO, I.C.
Prior, & publicus Iuſtinianei Codicis Salmanticę Doctor,
Scripſit, inſcripſit, publicauit.

Salmanticę. Et Typographia Antonię Ramirez,
Anno Domini 1629.